



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 29. Facit ne matrimonium consensus uiolenta coactione extortus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Consensus de futuro, matrimo-
nium non facit, etiam si iura-
mento firmatus fuerit, quum
per huiusmodi iuramentum fiat con-
firmatio, non de facto, sed futuro.

Hinc si alter contrahentium, ad aliã
copulam transferit, dissoluta est pro-
missio prior.

Lex autem quæ aliud dicere vide-
tur, intelligenda est, si verba de præ-
senti interuenerint, aut quod futurũ
sit matrimonium.

Tradi autem parentibus sponsam,
& à sacerdote benedici, de sacramen-
ti substantia non sunt, sed ad quan-
dam ipsius pertinent solennitatem &
honestatem.

Consensus etiam occultè per ver-
ba de præsentem expressus, matrimoni-
um in conscientia perficit. Quamuis
in ecclesiæ iudicio verba illa non cog-
nant, cum testimonium desit.

Debet autem matrimonialis con-
sensus esse in cõiugalem societatem, *Gene. 2.*
quapropter mulier ex latere viri sum-
pta scribitur. Vnde & inter fratrem
& sororem cohabitantes, matrimo-
nium non est: fuit autem inter Virgi-
nem & Ioseph.

Caput 29.

Facit ne